Fragmentarium

magistri militum atque magnifici spesindeo praesidis aliorumque nobilium civita-
tis vestrae ad nos habita eadem scripta testantur adcucurrerunt. Quibus etiam adiectum est vo-
bis hoc praesentium et praedictum patrum ne hoc auderet fuisse prohibitum. Quod eo cognoscentes
omnino laudavimus. Quia sicut revera bonum decuit et sacerdotem nihil fieri unde iusta et
reprehensio voluistis. Sed quia ab hoc quod minime vos in his quae prava extractari displi-
cere vobis quod factum est demonstrastis. Considerantes etiam accedere vestrae voluntatis
intentum ac magis iudicium hortamur affatibus ut sublata exinde cum ea qua dig-
num est veneratione imagine atque cruce debeatis quod violenter ablatum est refor-
mare. Quia sicut legalis definitio Iudaeos novas non … patitur erigere synago-
gas, ita quoque eos sine inquietudine veteres habere permittit. Petrus ergo suprascrip-
tus et alii qui ei in hac indisciplinationis pravitate praebuere solacium sive
consensum, hoc zelo fidei se fecisse respondeant. Ut per hoc quasi eis necessitas fieret et cuen-
tendi ammonendi sunt. Atque scire debent quia hac circa eos temperantia magis utendum
est ut trahantur ab eis sed non adducantur inviti. Quia scriptum est: voluntarie sacrifica-
bo tibi, id est et ex voluntate mea confitebor illi. Scitatis ergo vestra gratia hic civitatis su-
ae habitatores adhibitis sibi filiis vestris quibus una nobiscum haec displicent sacerdota-
li ad hortatione sicut et decet studeat facere. Quia hoc maxime tempore quando
de hoste formido est divisum habere populum non debetis. Quia vero non minorem de vo-
bis quam de nobis sollicitudinem gerimus, hoc quoque parti indicandum curavimus quod fir-
ma hac pace Agilulfus Langobardorum rex pacem non faciat. Unde necesse est ut
fraternitas vestra cum duce dum licet civitatem suam vel alia loca fortius muniri provideat atque im-
mineat ut habundanter his etiam condita procurentur. Quatenus dum hostis illuc sibi deo irato ac-
cesserit, non inveniat quod laedat, sed confusus recedat. Sed et nos pro vobis quantum possumus
cogitamus et si quorum interest vestrae ad obsistendum deo adiutore praeparare debeant
imminentium. Quia sicut vos nostras tribulationes vestras adtenditis, ita quoque nos
vestras afflictiones nostras similiter reputamus. GREGORIUS EUSEBIO ARCHIEPISCOPO THESSA-

Si quam magna sit frater karissime pacis virtus adtendimus, quo animo LONICENSI CV 167

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.5, 15r – Gregorius Magnus, Registrum epistolarum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-poc1/5152/49354)